



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. De impedimento publicæ honestatis, proveniente ex sponsalibus de futuro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. VI.

De impedimento publicæ honestatis, proveniente ex sponsalibus de futuro.

Impedimentum publicæ honestatis est quaedam quasi affinitas, aut propinquitas jure Ecclesiastico introducta, proveniens ex sponsalibus de futuro: ob publicans morum honestatem, hac scilicet exigente, ne cum consanguineis matrimonium contrahere possit, qui cum aliqua ex consanguineis sponsalia jam contraxerat, ita ut hoc publicæ honestatis impedimentum etiam ille contrahat, qui major septennio cum puella proximâ septennio, in qua malitia supplet ætatem, sponsalia de futuro contrahit. *c. 7. n. 3. h. t.* hoc autem impedimentum publicæ honestatis de jure antiquo quidem Decretalium ad quartum usque gradum se extendebat, & oriebatur non tantum ex sponsalibus validis, sed etiam invalidis, modò non invalida fuerint ex defectu consensus, & pura illa fuerint, ac certa, cum determinata persona; vel si conditionalia fuerint, fuerit tamen conditio jam impleta. *c. Ex sponsalibus unico h. t. in 6. per Concil. tamen Trident. Sess. 24. c. 3. de reformat.* multa correctâ fuerunt, ita ut hodie hoc impedimentum non oriatur, nisi ex sponsalibus validis, & non extendatur ultra primum gradum consanguinitatis, tam in linea rectâ; quam laterali; ne nimium scilicet ob impedimenta dirimentia, restringatur matrimoniorum valor.

SECTIO II.

De dissolutione sponsalium.

§. I.

Ob quas causas dissolvi possunt sponsalia de futuro?

Primò dissolvi possunt sponsalia per liberum mutuo, & libero consentium consentu, per quod etiam in aliqua nascitur, per eadem etiam (inter paribus) dissolvitur *cap. 1. de reg. juris* quamvis juramento firmata sint sponsalia talia, juramentum etiam promissorium, appositum contra conditionem accessorium, sequitur eorum naturam & conditiones. *c. quædam de iur. de jure jurand.* Secundò solvi possunt sponsalia lapsu temporis ad matrimonium contrahendum præfixi. *c. 1. h. t.* Si tamen ad finiendam obligationem tempus præfixum sit, quo in casu illi liberè rescilire potest à talibus sponsalibus, per quem non stetit, quod matrimonium intra præfixum tempus contraheretur, uti colligitur ex *c. 1. 22. h. t.* Tertio solvuntur sponsalia discessum in longinquas terras *cap. 1. g. sine licentia sponsæ, vel longam illius absentiam, ita ut nulla spes sit breviter redituri, c. De illis s. h. t. cò quodlibet discedens videatur renuntiare sponsalibus; quòd si tamen in propinquo haberet, monendus, & requirendus ad reditu videretur, prout etiam expectari deberet, si negotiorum tantum causa*